

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Promptvarii exequialis pars ...

Continens centurias II. dispositionum, quibus themata funebria sive
scripturae dicta varia ...

Bidembach, Felix

Francofurti, 1625

Thema XXXVI.

[urn:nbn:de:bsz:31-130978](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-130978)

III. Loci.

Quod si tum denuo afflictionibus fueris obnoxius, optime Hiob, quid iuuabit surrexisse? At inquit;

1. *Tum videbo Deum in carne mea.* Apud Deum autem nulla afflictio Non dolor, Apoc 21 v 4.

2. Non videbo à longè, nec vt iudicem, sicut impiis-
sum videbunt, sed videbo eum *mihî* redemptorem, &c,
sicut Psal. 17. v. 15. videbo faciem eius, & saturabor.

3. Oculi mei videbunt, facie ad faciem, sicuti est, 1.
Joan. 1. Non in speculo & ænigmate, 1. Cor. 13. v. 12.

4. Ego non alienus. Non enim, qui alieni à Deo sunt
in hac vita, faciem ipsius lætam tum aspicient.

L. Habemus etiam articulum de vita æterna, qui nihil aliud erit, quam visio Dei facie ad faciem, 1. Joa. 3. v. 2. Hæc delectatio perpetua, Psal. 16. v. 11. Gaudiû hoc excitabit ineffabile & perpetuum Joa 16. v. 20. Consolatio sit hæc in omnibus ærumnis, vbi videtur Deus abscondere, Thren. 3. v. 9. Ibi videbimus eum. Hoc vnum desideremus, 2. Cor. 1. Rom 8. v. 19.

Vnus huius loci sit etiam hic, vt cupiamus mori, & non inuiti relinquamus mundum, vel propter vnâ hanc causam, vt videre possimus Deum, quem in hac vita separant à nobis peccata, Esa. 59 v. 2. Itinera difficilia interdum suscipimus, vt videamus parentes, amicos, &c. diu non visos. Quin potius cupiamus emigrare, vt videamus Deû Patrem verum, Eph. 3. v. 15. nunquam visum? &c.

F I N I S.

THEMA XXXVI.

Hiob. 30. v. 23.

Scio, quod morti trades me. vbi constituta domus omnis iuueni. Veruntamen, on ad tumulum mittes manum tuam, neq; ad eius perditionem clamabunt (mortui.)

G 5 DIS.

DISPOSITIO.

Omnibus constare arbitror, quam grauius diuus ille Hiobus à Domino fuerit afflictus? cum non tantum omnibus bonis exutus & liberis suis charissimis orbatus: sed etiam maligna & foeda scabie opera diabolice percussus fuisset, vt à planta pedis ad verticem vsque capitis, nihil inueniretur in corpore ipsius sanum atque integrum, Iob. 2. v. 7.

Tam certe inter se patientia & impatientia cerrabant, & vicit (nec mirum, quia caro & sanguis infirma) nonnunquam impatientia. Accedebat enim hoc malū quod consolationem nullam, nec ab vxore, nec ab amicis accipiebat, sed qui consolandi gratia accesserant, reuera onerosi consolatores erant, Iob. 16. v. 2. Hoc itaque vnum illi restabat, flere & eiulare, & de miseris conuerti coram Domino. Quamuis autem spes illius in interdum fuerit admodum infirma: semper tamen animum recepit: & interius doloribus atque angustiis opposuit Dei bonitatem. Et fide plenus non destitit preces fundere ad Deum, Iob. 16. v. 20. & in ipsam sperare. Vide etiam Iob. 19. v. 25. q̄ ex magna πλῆθὺς ποσῶν prouenit. Ex Job 10. v. 12 & 13. v. 16. Ipse salus mea. At corporis doloribus alia adhibuit solatia inuesta, quibus sustentaui miseram vitam: vsque dum auxilium venit ab alto. Sic hoc loco duplicem sibi proponit consolationem, qua vincere vult illam Dei flagellationem, de qua in vertu præcedenti dixerat. Hanc sam excuriemus breuiter.

I. Consolatio Hiobis.

Scio quod morti trades me. Qualis, inquit, hæc est consolatio? Ist̄ ein Duetrost/oder ein solcher Trost da einem die augn möchen vbergehen.

Amara enim mors, ipso Sapiente teste. At perge tu eodem loco audire Sapientis verba, cum ait: O mors quam iucunda est recordatio tui, homini ægro, & cui nulla melioris vitæ spes est. Syr. 41.

Quia

Quia itaque nihil videbatur sperare posse melius (putabat enim de vita & salute temporali tam prorsus conclamatum esse, cum nesciret, quid Deus facturus esset) bonus ille Hiobus noster, hoc unum ipsum solatur, *Es soll nicht ewig wehren. Mortem sperat mox saluturam finem omnium malorum.*

Et quo minus ipse horreat mortem, facit id, quod ab ipso additur: *Hæc est constituta domus omni viuenti. Es soll mir nit besser gehen / als andern Menschen.* Quia via vniuersæ carnis, quare ego non cupiam quoque in ea ambulare. Nihil enim mihi accidit nouum & inexpectatum, sed id, quod omnibus viuentibus contingit.

Locvs. I. Videmus, quomodo Deus nobis mortem alioquin amarissimam, posse & soleat interdum facere dulcem & iucundam: sciro si grauioribus calamitatibus sic premat & affligat, vt ipse vocemus mortem. *So san er dus seia lustig zum sterben machen.*

Sic Elias ille magnus Propheta, exagritatus ab Isabele, vehementer orat Dominum, vt tollat animam, i. Reg. 19. vers. 14.

Hic autem cauendum, ne ex impatientia tantum id fiat, (vt Jonas fecit, Ioan. 4. v. 8 Et Rachel, Gen. 30. v. 2.) sed potius desiderio melioris vitæ, 2. Cor. 5. v. 2. id optandum, quod agnoscamus, melius esse viuere cum Christo, Phil. 1. v. 23. Neque tamen prius cupiamus solui (sic enim Paulus Phil. 1. v. 23. cupio dissolui, & sic quoque Simeon vocat suum abitum. Nunc *δοξάζεις* seruum tuum, Luc. 1.) & dimitti, quam ipsi placuerit.

Patienter itaque feramus aduersitates, cogitantes, Deum hunc habere finem propositum, vt exciter in nobis desiderium emigrandi, ex hac vita, quam alioquin inuiti relinquimus.

II. Mirum nos ita exhortescere & fugere mortem, & tantopere mortis nuntio consternari, ac si nouum plane aliquid & inauditum nobis accideret: cum tamen illa sit domus constituta omni viuenti, *Warumb wilst du denn*

Dann ein Besondres haben. Via omnis carnis, 1 Reg. 2.v. 2. Jos. 23.v.14. Omnibus constitutum, Hebr. 9.v.27. Nemo est, qui non cogatur gustare mortem, Psal. 89.v.49. Ratio, Quia omnes ex æquo sunt peccatores. Peccati autem stipendium, mors, Rom. 6.

Nemo itaque seipsum eximere poterit ab hac regula, in terram reuerteris. Nec iuuenis, nec senex, nec nobilis, neque ignobilis. Neque vir, neque mulier. Itaq; mirum, si quis tam ægre ferat hanc communem calamitatem.

III. Omnes desiderant proprias inhabitare domos. Ecce hic domum constitutam omniviventi De hac domo vide in Disposit. Thematis præcedentis XXXIV. parte 1.

I I. Consolatio.

Non extends ultra manum tuam ad tumulum. Hoc est, mortuum & sepultum me non amplius affliges. In Beinhauß werd ich sein sicher und rühig sein. Extendere manum dicitur Deus, cum affligit. Vide de hac phrasi, Exod. 3.v.20. & 7.v.5. & Job. 1.v.11. Jerem. 6.v.12. & 15.v.6. Ezech. 35.v.3. At tumulatum amplius non affligit Deus. Idem repetit Hiob aliis verbis: *nemo clamabit* (in sepulchro) propterea quod tu ipsum perdas. Es wirdt kein Tobter mehr schreyen / daß ihme wehe geschähe. Ideoque post mortem ero immunis ab omnibus his afflictionibus, vult dicere Hiobus. Feram itaque paulisper hæc mala: quamuis illa non sim promeritus meis sceleribus, sicut in seqq.

Loc vs. I. Sæpe existimamus male agi cum hominibus, quando moriuntur. Dicimus, Es ist mir leid / daß er so bald sterben soll. Quasi vero aliquid mali patiatur post mortem: & non potius securus quiescat, solutus à peccato liber ab omni afflictione. Quam bene igitur cum ipsis agitur? Anima in manu Dei est, nec tangit tormentum, Sap. 3.v.1. Solatio fruitur, Luc. 16. ver. 25. Nec ultra dolor, Apo. 21. Ossa suaviter & molliter cubant in terra: & quiescit

scit corpus ab omnibus laboribus. Apoc. 14. v. 13. in cubilibus illis, Esa. 56. in fine. O beatam requiem. Ideoque non legendum, quia peruenit ad requiem, Syr. 22. v. 11. & 38. v. 24.

De impiis hoc non debet intelligi. Licet enim ipsorum etiam corpora quiescant in terra, anima tamen patitur tormentum. Exemplo, est Epulo, qui clamat, Crucior, Luc. 16. Sectare itaque pietatem, ut tibi bene sit post mortem.

II. Hoc loco Iobis exploditur illud purgatorium, quod non impiis, sed mediocriter piis, & saluandis suo tempore, fingunt paratum: ubi grauissimi sint cruciatus. At mortuis non clamor, ait Iobus. Nemo affigitur sepultus, nisi in inferno. Tertium enim locum scriptura nescit.

FINIS.

THEMA XXXVII.

Psal. 3. v. 6.

Cubo, dormio, euigilabo, quia Dominus sustentat me.

DISPOSITIO.

NOTA. Placet hoc loco non meam, sed Parentis charissimam, Wilhelmi Bidembachii D. p. m. Dispositionem tradere, quam inter pauculas, quas ipse dederat funebres, inuentam, lectori non ingratham fore spero.

Nihil est, quod nos miseros homines atrociter affligat, quam terror mortis. Est enim mors omnium terribilium terribilissimum. Nam 1. venit ex peccato maledicto. 2. ab irato Deo, 3. & eripit nobis charissima quæque in his terris, 4. atque sua natura nos ducit in exitium æternum. Itaque non est iucundior nuncius, quam audire mutatam & superatam maledictionem hanc, & mortem non modo victam. sed etiam in adiutorium & ministerium melioris vitæ, quam habuissemus, conuersam. Quæ con-

sola-